



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 53. Synodus Ferrariam per Eugenii Bullam convocata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

sub gravium poenarum interminatione Sæcul. XV.
A. C. 1437.
prohibebat, *ne in Basileensi civitate aut ali-*
bi deinceps Concilium, aut aliquis conciliaris
actus teneantur, excepta sola causa Bohemo-
rum quoad articulum communionis sub utra-
que specie, quem solum articulum infra trigin-
ta dies cum Bohemiæ Legatis adhucdum
Basileæ commorantibus continuari posse
indulfit. Secundum vero casum Euge-
nii hisce expressit: Hanc autem transla-
tionem, ipsis Græcis venientibus ex nunc pro
ex tunc, & ex tunc pro ex nunc locum ha-
bere declaramus; proin ante horum ad-
ventum Basileenses synodaliter congregati manere valeant (*).

§. LIII.

Synodus Ferrariam per Eugenii Bul-
lam convocata.

Eodem tempore Eugenius Papa Syno- Conc. to. 13.
editap. 21.
dum Ferrariæ celebrandam edita

T 3

Bulla

(*) Hæc addidit Continuator, inde conten-
dens, Basileensem Synodum ab Eugenio usque
ad adventum Græcorum confirmatam fuisse;
cum tamen duntaxat sub conditione, *si Basileen-*
ses respiscant, Synodum Basileæ continuari per-
miserit, quam advenientibus Græcis pure &
simpliciter translata declarat, ut ex sola hu-
jus Bullæ lectione apparet.

Sæcul. XV. Bulla indixit, omnesque Christi fideles
 A.C. 1437. transmissis ejusdem apographis suæ vo-
 luntatis certiores reddidit. Præfata Bul-
 la signata est per ipsum Eugenium Papam
 & Cardinales suos, de Branda Episco-
 pum Portuensem, Jordanum Episcopum
 Sabinensem, Angelotum tit. S. Marci,
 Franciscum tit. S. Clementis, Antonium
 tit. S. Marcelli, Nicolaum tit. S. Crucis,
 Prosperum tit. S. Georgii ad velum au-
 reum, & Dominicum tit. S. Mariæ in via
 lata. Eugenius Papa in hisce publicis
 literis Basileensium ausus acriter perstrin-
 git, eosque, relatis tam a se, quam ab il-
 lis in Græcorum causa actitatis, vehe-
 menter arguit, quod civitatem Avenio-
 nensem in conventionibus non compre-
 hensam, atque a Græcis repudiatam ad
 celebrationem œcumenici Concilii elegis-
 sent. Dein in hæc verba prosequitur, mi-
 simus Basileam Joannem Archiepiscopum
 Tarentinum, unum ex Synodi præsidibus
 qui Joanni & Juliano Cardinalibus Sedis
 Apostolicæ Legatis nostro nomine præci-
 peret, ut ambo omni studio persuade-
 re Patribus conarentur, ut ad discen-
 sionem tollendam locum eligerent, Græ-
 cis acceptum, & nobis quoque commo-
 dum, atque accessu facilem; illis vero
 hæc agere pertinaciter reluctantibus, sed-
 dandi tumultus causa eo deventum, ut,
 nisi intra præstitutum diem Avenionenses
 pro-

*Conc. Mo-
rent. part. I.
tom. 13.*

*Conc. Labb.
p. 858. Et
seq.*

promissam nummorum vim persolverent, ^{Sæcul. XV.}
integrum jam esset alium locum eligere: A. C. 1437.

Cum autem Avenionenses datam fidem non exsolvisset, Legatos ac Præsides Concilii, aliosque ex Prælati plurimos, & omnes ferme Regum, Principumque Oratores, Procuratores Prælatorum, Theologos atque Doctores sanio-rem Concilii partem constituentes, ceteris requisitis nec adesse volentibus, Florentiam elegerunt: ac in hunc finem pecunias, aliasve res pro advehendis Græcis necessarias paravimus, necnon pro conficiendo hoc negotio operam dedimus, ut quatuor triremes ad Græcos mitterentur. His auditis Basileenses, cum illi Avenionem præferrent, primum in prædictum Archiepiscopum Tarentinum variis modis sævierunt, in procuratorem manus injecerunt, ac per capillos in carcerem trahere ausi sunt, adeo, ut Cardinalis Julianus de sublata Concilii libertate publice conqueri cogeretur.

His dictis Papa ad sui citationem a Basileensibus factam transiens: Equidem, inquit, horum audaciæ præfati Cardinales Joannes, & Julianus totis viribus obstiterunt; Ast illorum æque ac ceterorum omnium Præfulum quærelæ non modo fuerunt contemptæ, sed Basileenses tam præcipiti consilio rem executi sunt, ut contra ipsiusmet Concilii ordinem, ea-

Sæcul. XV.
A. C. 1437.

dem die & generalis Congregatio & Sessio, quod nunquam vel in minimis negotiis factum fuit, tumultuarie sint habitæ. Ipse etiam Imperator Sigismundus, horum temeritate comperta, vehementer commotus, illico Episcopum Augustanum Basileam misit, qui eos hortaretur, ut ab ejusmodi scandalis abstinerent, ne unio Græcorum, ex qua Christianæ Religioni maxima incrementa accederent, destrueretur; nec ultra Ecclesiam Occidentalem dilacerarent non minus funesto schismate, ac illud Orientalium esset, quod ipsi extinguere conarentur; si vero secus fecerint, declarabat Cæsar, se, omnesque Imperii Principes, cum Ecclesie Capiti immota fide adhærere animo constituissent, omnino ab eis defecturos. His igitur aliisque de causis, Nos de consilio & assensu Cardinalium, qui præsentibus aderant, plurimorumque aliorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, ceterorumque Prælatorum prædictis literis nostris civitatem Ferrariensem pro futuro Oecumenico Concilio assignavimus, ac jubemus, ut ad illam omnes conveniant, utpote ad locum Græcis gratum, in decreto conventionis comprehensum, ceteris omnibus commodum: ac proin præsentibus publicis literis declaramus ab hoc tempore Basileense Concilium translatum esse pro omnibus causis, pro quibus

bus decidendis Basileæ fuit congrega-
tum, excepta caussa Bohemorum quan-
tum ad articulum de communione sub
utraque specie, hunc enim solum Basi-
leæ infra triginta dies pertractari volu-
mus.

Sæcul. XV.
A. C. 1437.

§. LIV.

*Prælati, Abbates, Ordinum Genera-
les, & Universitas Parisiensis Fer-
rariam a Papa vocantur.*

Præterea ad plurimos Ordinum Genera-
les, Abbates, & Principes literas de-
dit, quibus eos ad Concilium Ferrariæ
celebrandum vocavit. Exstat quoque in
Collectione Conciliorum ejusdem Pon-
tificis Epistola hanc in rem ad Scholam
Parisensem Bononiæ die vigesima tertia
Septembris data, qua illam huic Synodo
interesse hortatur. Ejusdem quoque te-
noris epistolas scripsit ad ceteras Acade-
mias, Galliæ, Hispaniæ, Germaniæ, Bra-
bantia, Poloniæ, Italiæ, Angliæ & Sco-
tiæ.

Tom. 12.
Conc. Labbe
n. 16. p. 869.

Francia ejusmodi convocationem ægre
tulit, & Carolus VII, qui tum erat Turo-
nibus, ubi perspexit Eugenium constituif-
se Synodum Ferrariam transferre, promul-
gavit edictum, quo omnibus Regni sui
Prælati inhibuit, ne se Ferrariam con-
ferrent sub prætextu habendi Concilii, sed